

plectuntur: Contrà verò omnibus infidelibus & hypoeritis denunciat-  
tur, tantisper ipsis iram Dei & æter-  
nam condemnationem incumbere,  
dùm in suis sceleribus perseve-  
rant *a*: secundùm quod Evangelij  
testimonium, Deus tam in præsen-  
ti, quàm in futura vita iudicaturus  
est.

*a Iohã. 10.  
Vers. 22. 23.  
Matth. 16.  
v. 18. 19.*

*85 Quo pacto clauditur & aperitur regnum  
cælorum per disciplinam Ecclesiasticam?*

Cùm ex mandato Christi, ij qui  
nomine quidem sunt Christiani, ve-  
rùm doctrinâ aut vitâ se ostendunt  
à Christo alienos, postquam aliquo-  
ties fraternè admoniti, ab erroribus  
aut flagitiis discedere nolunt, Eccle-  
siæ indicantur, aut ijs, qui ab Eccle-  
sia ad eam rem sunt constituti, ac si  
ne horum quidem admonitioni pa-  
reant: ab iisdem interdictione Sa-  
cramentorum, ex cœtu Ecclesiæ, &  
ab ipso Deo, ex regno Christi ex-  
cludun-